



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

9. Dies Decemb. Christi velle, fecisse est. Ambros. de bono cap. 12.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

984 Christiani Militis Decemb.  
se implorantem, tuâ ope destitutas. Quantò certius  
credes illam fuisse conceptam sine labo: tantò cito  
expiaberis ab animi clade.

*Nulla fuit labes in mente, aut corpore tabes.*

## 9. DIES DECEMB.

Christi velle, fecisse est. *Ambros. de bono cap. 12.*

Christus, I.  
homo &  
Deus.

**H**actenus de Deo, modò  
labimur ad Deum Hominem  
ut cum eo brevi nascituro, mo-  
riamur mundo, renascamur  
cælo. Quid non sperandum ab illo boni? cùm-  
xta tesseram, *illus velle, sit fecisse.* O velit tantum,  
(& quid non volet nobis boni, ipsa Bonitas) & fieri  
proferat semel illud leproso dictum: *Volo, mundare:*  
& illicò mundus erit totus mundus. Christo enim  
voluisse mundare, est mundasse. Ut igitur extor-  
queamus illud *volo*, ab eo: cuius velle, est fecisse, ad  
Christum, ut ad omnis amoris centrum, & Intel-  
ligens nervos omnes industriae, & voluntas omnes vi-  
res amoris convertat. In primis, si amorem è corde  
evocet species pulchritudinis, est ipse speciosus for-  
mâ præ filiis hominum. Quia quam pulchritudinem  
habuit Verbum, quod erat in principio apud Deum:  
eandem habet & Verbum Caro factum. Ejus Divi-  
nitatem copulatam cum ejusdem Humanitate, scitè  
describit Isidorus: (a) *Mediator Dei, & hominum,*  
*homo Christus Jesus: et si aliud, ex Patre: aliud ex Vir-*  
*gine: non tamen aliud ex Patre: aliud ex Virgine: sed ipse*  
*eternus, ex Patre: ipse temporalis, ex Matre: ipse qui fecit:*  
ipse

(a) *Sent. l. i. c. 15.*

debemb.

Tessera.

985

ipse qui factus est : ipse de Patre, sine Matre : ipse de Matre, sine Patre : ipse Conditoris templum : ipse Conditor templi : ipse Auctor operis, ipse opus Auctoris : manens unus de utroque, & in utraque natura : nec natura copulatione confusus, nec natura est distinctione germinatus.

II. Est ergo pulchritudo increata, ut Deus : & creata, ut homo. Quis igitur non amet illam pulchritudinem : sine qua nihil est pulchrum, ex qua omne est pulchrum ? Ipse homo factus, comparavit sibi regnum cordium, non ferreo, sed ligno : non faciendo multa, sed patiendo non pauca. Est idcirco supra omnia execranda execrabilis, qui illi non pendit vestigia amoris. Sed quid mirum, si tu non pulcher, non ames pulchritudinem ? Esto prius ipsis pulcher, ut ames eum, qui est ipsa pulchritudo. Instruet te, ut eam acquiras, D. Augustinus: (a) Quare pulchritudinem ô Anima ! ut amet te sponsus tuus : etenim dislices ei fœda. Ille autem, qualis est ? speciosus forma præ filii hominum. Oculari vis fœda pulchrum : sed non attendis, quia tu iniquitatibus plena es ? De illo dictum est : speciosus formâ præ filii hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : propriea adolescentula dilexerunt te. Huic tu placere vis ô anima humana ! ô anima in multis ! vis ei placere, non potes, quam diu deformis ? quid facies, ut pulchras sis ? prius tibi displaceat deformitas tua : & tunc ab illo ipso, cui vis placere, pulchra mereberis pulchritudinem. Ipse enim, erit Reformator tuus, qui fuit formator tuus. Ergo prius attende, que sis : ne audeas ire fœda in pulchri oculis. Quid expeditius, ut acquiras pulchritudinem ani-

Q q q 5

mæ

(a) In Psalm. 104. Psal. 44.

986 Christiani Militis decemb.  
mæ tuæ? Respice in faciem Christi tui? vix respicis  
illius faciem; & mox despicias omnem pulchritudi-  
nem, quæ est super faciem terræ. Ille, cùm esset in  
formâ Dei, dilexit te deformem.

III. Rectè dixit Gregorius Nyssenus: *Anima est*  
*instar speculi: quod suscipit simulacra eorum, quæ illi*  
*objiciuntur.* Quod si pulchra speculo objicias; pul-  
chram in se speciem, formamque suscipit; si vero de-  
formia, deformem. Si igitur, animæ tuæ, que est in  
speculi, objiciatur Christus, hoc est, Pulchritu-  
do: & ipsa reddetur pulchra, quia suscipiet in se illius  
simulacrum, qui est speciosus præ filiis hominum.  
Ecce methodum acquirendæ pulchritudinis? Nullus  
quâcunque industriâ, licet longissimo tempore in  
pulcherrimas intendat formas, immo ipsum lucidissi-  
mum intueatur Solem: efficiet ut inde pulchior, &  
clarior, vel Soli similior? Id soli reservatum Soli Ju-  
stitia: qui se intuentes reddit virtutum radiis compi-  
cuos, Gratiae pulchritudine conspiciendos. Ad illum  
igitur, hoc Sacro-sancto tempore, quo illum expe-  
ctamus, qui est omnium expectatio, covertamus no-  
stros oculos: ut ab illo, qui est lux mundi, recipi-  
mus, quo luceamus, radios. Aspiciamus illam faciem  
quam aspexisse, pulchritudo est aspicientis. Inten-  
damus illi Imagini, quæ fecit nos ad Imaginem suam.  
O pulcherrime, & speciosissime Iesu! quis non  
met? quis non querat? quis non adhæreat intime-  
tibi? cuius corona, æternitas: cuius amictus, faeli-  
citas: cuius intuitus, benignitas: cuius sermo, veritas:  
cuius conversatio, suavitas: cuius cogitatio, pietas:  
cuius denique complexus est, omnis boni satietas:

decemb.

Tessera.

987

ut mea pulchritudo non sit formæ venustas, sed virtæ  
probitas. Quia

*Dat probitas speciem : sed non species probitatem :  
Quibrobitate caret ; nil sua forma valet.*

### 10. DIES DECEMB.

Christi est ; de viâ iniquitatis ad viam veritatis redu-  
cere, & deducere per eam. *S. Bernard. in sermon.  
de expos.*

Christus, I.  
est frater  
noster,

**P**Riuſ necesse eſt, Christum ſequi,  
quām poſſimus aſſequi. Nec eſt,  
quod noſ terreat viæ, quā illū  
fequeris diſſicultas ; quia teſte Sa-  
piente : (a) *Justum deduxit Dominus per vias rectas.*  
De quibus ita Mellifluus Doctoṛ : *Via Domini, viæ  
rectæ, viæ pulchrae, viæ plena, viæ plana. Rectæ, ſine erro-  
re, quia ducunt ad vitam : Pulchrae, ſine corde, quia do-  
cent munditiam : Plena multitudine, quia totus mun-  
dus eſt intra Christi ſagenam : Planæ, ſine diſſicultate,  
quia donant ſuavitatem : Jugum enim ejus ſuave eſt.*  
Ambulans igitur per has vias, pervaenies ad Christi  
cunas. Sequere Christum per ſemitas, per quas gra-  
ditur : ut attingas ad prælepe, in quo naſcitur. Sed  
priùs quis, & quantus ſit, quem ſequeris : ut mente  
aſſequaris, ejus intima penetremus adyta. Non eſt  
homo in mundo, cui cor non ſinderetur præ gaudio,  
ſi perciperet immensos theſauros, qui abſconditi  
ſunt in Christo, & quos conſequi poſſet per Chri-  
ſtum. Fratres Josephi peribant ferè inediā, & ſame,  
quia nesciebant fratrem ſuum regnare in Ægypto.  
*Quid hīc mortales affligimur in mundo : frater no-  
ſter regnat ſuper mundum in cœlo.*

(a) *Sap. 10. Suprà.*

II, Gau-